



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

38. Exempta Ecclesia vasalli coloni exempti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

cleria v.g. si exemptum Hospitale habeat rectorem laicum, & alios clericos ibi divina celebrantes, certe rector exemptus dici non poterit, Barib. l. quod constitutum ff. de militari testa. & conf. 96. n. 5. & 6. Clem. 1. de relig. domib. Barbat. Clem. fin. super glo. verb. statutus de rescript.

Dico secundo, Exemptis Canonicis neque Ecclesiam neque conventos vel alios Clericos cenferi exemptos c. per exemptionem ubi Franc. de privil. vide supra lib. 1. q. 13.

QUESTIO XXXVIII.

Coloni exemptorum an cenferantur exempti.

SUMMARIUM.

- 1. Privilegia realia Dominorum transeunt ad Colonos.
- 2. Familiares accessorie gaudent privilegio Dominorum.
- 3. Odium ordinariorum prasumitur etiam ferri in familiares.
- 4. Privilegia scholarium trahuntur ad familiares.
- 5. Exemptiones non egrediuntur personam.
- 7. Coloni perpetui gaudent privilegio Ecclesiarum.
- 8. Exempti veniendo ad defensionem Colonorum trahunt causam ad suam forum.
- 9. Privilegium expresse eximens mercenarios observandum est.
- 10. Coloni Ecclesia seu loci cuius iurisdic. temporalis pertinet ad Ecclesiam censentur exempti.
- 11. Liberti Ecclesia censentur exempti.
- 12. Coloni conventi coram laico ratione rerum Ecclesie retrahere possunt causam ad iudicem Ecclesiasticum.
- 13. Mercenarij in dubio non sunt exempti.
- 14. Quid si religiosi sint exempti a solutione decimarum an eorum coloni patiarj exempti censentur.

1 Pro affirmativa, adferri solet quod coloni privilegiatorum gaudeant privilegio suorum Dominorum, adhibita prasertim distinctione inter privilegia realia, & personalia, ut illis coloni gaudeant, his minime Parisius conf. 25. n. 10. & conf. 69. n. 6. vol. 1. Borquin de usufruct. mulieru n. 163. Boer. decif. 213. n. 28. Alciat. conf. 12. Cephalus conf. 451. num. 18. vol. 4. Bursat. conf. 25. lib. 2. Vincent. Carocius tract. de locato par. 2. tit. de collectis n. 8. & tit. de Colonis privilegiatorum.

2 Idque ad instar domesticorum & familiarium qui accessorie foro & privilegio suorum Dominorum potiuntur per tex. l. 1. vers. verum etiam hominibus eorundem ubi Castrens. n. 8. C. de Episcop. & clericis l. presenti §. pen. C. de hu qui ad Eccles. confugiunt Cap. dec. 12. Bonacossa tract. de famulu q. 15. per tos. Alex. conf. 114. n. 10. & conf. 100. n. 8. vol. 4.

Vol. d. dixi supra lib. 1. quest. 30. Cum enim exemptiones ortas esse dixerimus lib. 1. 3
 g. 1. n. 3. ratione præsumpti odij ordinariorum, idem odium quoque habituri vi-
 dentur in colonos, quemadmodum latius prodidit Iafon in l. cum quadam puella ff.
 de iudic. arg. l. unica in verbis universa eius domus C. si qua præditus potestate DD. cap.
 cum sit generale de foro compet. repugnante tamen ei Innocentio in ca. infinuante ubi
 de. de offic. deleg. Que cum in materia fori clericalis differantur, eadem analogia
 ad hanc exemptionum materiam duci possunt dixi supra lib. 1. quest. 45. n. 5.

Secundo, privilegia, immunitates & exemptiones Scholarum, extenduntur ad
 eorum famulos late Rebuff. de privileg. sihol. privileg. 166. per tot. ergo, à proportionem 4
 & analogia idem dicendum est in exemptis dixi d. quest. 45. n. 30.

Tertio idem stabiliri videtur apertis textibus, per varias glossas confirmatis
 cap. continuum 11. quest. 1. cap. fin. de officio Archid. glo. cap. eos dist. 32. glo. 1. & c. clericum
 11. quest. 1. glo. cap. generaliter S. novarius 19. quest. 1. & ca. Ecclesiarum servos 12. quest.
 2. à quibus non dissentit Archidiaconus in d. cap. clericum Abb. conf. 53. lib. 1. Castrensis
 l. si quis C. ubi cause fiscales Gemin. d. cap. eos Rom. las & DD. d. l. cum quadam Neifan.
 in Sylva nupt. par. 5. n. 25.

Pro negativa non desunt etiam rationes ac auctores Fed. de sensu conf. 3. n. 9. Spec. 5
 de compet. aud. addit. §. 1. num. 27. Abb. Fel. & DD. cap. 2. de foro compet. Præpos. d. cap. eos
 Aufer. de potest. seculari super Eccles. reg. 2. n. 36. Didacus pract. q. c. 35. n. 2. vers. quinto
 non video Capic. dec. 12. num. 2. dicens esse communem Ofasius ped. dec. 31. Iafon l. servi
 electione §. Labeii de leg. 1. Lucas de Penna & Ioannes de Platea l. senatorum C. de digni-
 tat. lib. 10.

Ratio est, quia communi Doctorum calculo teste Antonino Tessauro ped. dec. 6
 216. & Thoma Grammatico Civil. conf. 102. n. 16. & per tot. exemptio ita adhaeret
 personæ privilegiatæ, ut ad eius colonos extendi non possit.

Utraque opinio conciliari poterit sequentibus conclusionibus. Prima conclusio 7
 Coloni perpetui gaudent privilegio Ecclesiarum, secus autem si sint temporales Ab-
 bas. d. cap. 1. Ripa de peste ris. de præservat. remedijs §. de venio n. 128. Gram. d. n. 5. & 16.
 Hoc sensu exaudienda est opinio affirmativa.

Secunda, exempti interveniendo & veniendo ad defensionem suorum colono- 8
 rum declinare possunt tribunal ordinarij Ripa cap. decernimus n. 2. & 4. de iudic. præ-
 posit. cap. clericum 11. qu. 1. dixi supra lib. 2. qu. 37.

Tertia, si privilegium esset tale quo famuli & mercenarij exemptorum etiam
 eximuntur ei esset standum Abb. d. cap. 2. Burfat. d. conf. 25. n. 9. & seqq. Tessauro d. dec. 9
 32. n. 7.

Quarta, Coloni Ecclesiarum seu loci cuius jurisdictio temporalis pertinet ad Ec-
 clesiam, censentur esse exempti præpos. d. cap. clericum col. penult. Tessauro d. num. 7. 10
 vers. sexto.

- 11 Quinta, liberti Ecclesiarum gaudent privilegio Ecclesiarum glo. d. ca. indicatum & l. cap. Ecclesiarum servos.
- 12 Sexta, coloni qui conveniuntur coram laico, ratione rerum quas ab Ecclesiatenent, retinere possunt per inhabitantiales causas ad iudicem Ecclesiarum Spec. d. n. 27. de quo articulo distincte videri poterit Cacheranus ped. dec. 32. DD. cap. si clericus laicum de foro compet.
- 13 Septima, Mercenarij exemptorum non sunt exempti glo. cap. pen. de privil. & in Clem. i. de relig. & ven. sanct. l. l. serinarios n. i. c. de testa militari.
- Quid si religiosi exempti sint à solur. one decimarum, an eorum partiarj coloni vel censuales exempti censentur? Quidam id decidendum asserunt ex verbis privilegij, scilicet an eximat terras à decimis, an vero personas religiosorum; pariter specie exemptos censeri posteriori minime glo. Clem. i. verb. excolendas ubi Card. q. 23. de decimis Abb. cap. ex parte 1. eod. rit. Soc. conf. 268 sed conf. 111. At vero alij indiscriminatim contra censentur Remigius Gauni in suo tract. an Ecclesia vel Clerici sint exempti ab exact. laicorum fol. 233. glo. imol. c. d. & DD. Clem. presenti de censib. Ripa de pisse in 1. parte 3. partu qu. 15. v. Paris. d. conf. 25. Nicolaus festasius tract. de estimo & collectu fol. 97. num. 43 & seq. Abb. cap. veniens col. 2. vers. nota hoc ultimum de transact.

 QVAESTIO XXXIX.

Episcopo Invocante contra exemptos brachium saeculare, an parendum sit, si exempti dicant se appellasse

SUMMARIUM.

1. Ancharani haec est questio, invocanti eorum auxilium.
2. Exempti an obedire debeant Episcopo

1. Questio haec proponitur ab Ancharano in Reg. ea qua quest. 10. col. 21. de reg. iur. n. 6. Cui respondit negative, hac ratione quod saecularis iudex parere non debeat in iusto praeccepto ordinarij cap. i. de offic. ord. vide latius supra lib. 2. q. 44. attendita praecipue appellatione, quae ligat manus Episcopi, qua de te saecularis cuius brachium invocatur cognoscere potest, ne praematura sua executione exemptis iniuriam inferat, quod iplum in ipsissima hac exemptionum specie late docet Abbas cap. 1. n. 2. vers. & per hoc & n. 13. cum Apost. de offic. ord. vide latius infra quest. 82.
2. Quid autem est contra, an exempti teneantur obedire Episcopo eorum auxilium invocanti tradit Alciatus resolytq; negative arg. Clem. pastoralis ubi Card. imola, Bal-